



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fiducia malorum in quinq[ue] consistit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

si hoste debilitato tu fortior effice-
ris? Quintum est, & potest esse exem-
plum aliorum fortiter dimicantium,
siue hominum, siue mulierum, qui &
quæ nunc sunt, & ante nos fuerunt.
Vnde Gregorius. Facta præcedentiũ
Patrum consideremus, & non erunt
grauia quæ toleramus.

Greg. 1

*Fiducia malorum in quinque
consistit.*

PRimo, in diuitiis. Hier. 49. Hier. 49
Quid gloriaris in uallibus? de-
fluxit uallis tua filia delicata,
qua confidebas in thesauris tuis, & di-
cebas quis ueniet ad me? Secundo in
astutiis, & malitiis. Isa. Fiduciam ha-
buiſti in malitia tua, & dixiſti non eſt
qui uideat me; ſapientia tua, & ſcien-
tia tua deceperunt te, &c. Uſquequo
ueniet ſuper te malum, & nescies or-
tum eius, & irruet ſuper te calamitas.
quia non poteris expiare. Tertio, in
faſſa potentum fortitudine. Isa. Væ
filii deſertores, &c. & ſequitur; ſpe-
rantes auxilium in fortitudine pha-
raonis, habentes fiduciam in umbra
ægypti, & erit uobis fortitudo pha-
raonis in confuſionem, & fiducia um-
bræ ægypti in ignominiam. Vnde

Isa. 47.

Isa. 30.

Glossa, **Glossa**. Pharao princeps secularis,
Hier. 17 umbra ægypti potentia seculi. Hier.

Maledictus homo, qui confidit in ho-
 mine, & ponit carnem brachium suū.

Eze. 13. Quarto, in uana carnis pulchritudi-
 ne. Eze. Habens fiduciam in pulchri-
 tudine tua, non es recordata dierum
 adolescentiæ tuæ, quando eras nuda
 & confusione plena, conculcata in
 sanguine tuo, & accidet post omnem
 malitiam tuam, uæ, uæ tibi, ait Domi-
 nus Deus, quia dabo te in anima odii
 tium te. Quintum in exteriori, & ap-

Iob. 8. parenti conuersatione. Vnde Iob con-
 tra huiusmodi genus hominum ait.
 Spes Hypocritæ peribit, non ei place-
 bit uerecundia sua, & sicut tela ara-
 nearum fiducia eius.

*Fraternitas spiritualis quatuor
 bona facit.*

Pro. 18. **P**rimum est, quia hominem sus-
 tinet, ne cadat. Prou. 18. Fra-
 ter qui adiuuatur à fratre, qua-
 si ciuitas firmabitur, &c. Secundum

Eccl. 8. est, quia si ceciderit, facilius surget.
 Ecclesiasticus. Væ soli, quia si cecide-
 rit non habet subleuantem. Tertium
 est, quia facilius impetrat à Deo,
 quod sibi necessarium est. Difficile